

1720,10^a
10
12
13

IO. BERNH. FRIESE, JCt.

CONSIL. SAXON. AVLICVS ET CONSIST. ISENAC.
IN ACADEMIA IENENSI ANTECESSOR ET h.t.
ORDINIS SVI DECANVS

NOBILISSIMI ET CLARISSIMI JVRIVM
CANDIDATI

HENRICI CONRADI
KOENIG
OSTERODENSIS

LECTIONEM SOLENNEM

INDICIT

PROGRAMMATE AVSPICALI,
de actione familieae Koenig undae:

JENÆ

LITERIS WERTHERIANIS.



ORDINIS SANCTI DECIMI

IN ACADAMIA HENRIETTA ANTIQUARIORUM IN PR

CONFIDENCE SAXONIAE ET CAVAS ET CONSILIVI ETC

DI



N communione vel societate invitius
detineri nemo compellitur t. f. C.
comm. divid. cum discordias excitare
soleat communio &, quod commun
niter possidetur, negligi, commune sit
vitium l. z. C. quando & quibus quar
ta pars lib. 10. Atque hoc verum est
& valet, licet divisione a testatore prohibita fuerit l. 14. §. 2. ff.
com. divid. siquidem testatoris præceptum, quod heredes
nunquam dividant & in communione semper maneant,
tunc valere existimant, si prohibitio in perpetuum fuerit;
neutiquam vero, si temporalis, veluti ad annos XX. l. q. ubi
Baldus & Angelus ff. d. Conf. Instit. nisi communi coher
endum consensu de non dividendo prohibiti illa testatoris
confirmetur per juramentum vi Cap. cum contingat X. de
Jurej. Jason in leg. 26. §. 4. ff. de cond. indebiti. Enimvero
renunciationem, juramento interposito, ne quidem firmam
esse & ad divisionem nihilominus provocari posse tuetur

Ba-

Bachov. ad Treutl. *Disp. 19. Tb. 14. Lit. I.* securus Alex. qui
Consil. 18. vol. 2. ait: non posse quem cogi, quo minus ad di-
visionem proclamet; perjurum fieri licet, & absolutionem a
juramento petendam esse dicit. Præterea hoc verum esse pu-
tat, quod nemo quacunque ratione in futurum sibi ipsi, quo
minus voluntatem mutare liceat, legem scribere possit. Sed
enim hanc sententiam, si discordia inevitabilis ex commu-
nione orientur & ad evitandum peccatum a communione
recedendum sit, locum invenire arbitratur Brunnem. ad 1.5.
C. comm. divid. Cæterum cum coheredes a communione
discedere velint, aliqua actio constitui videtur, qua res he-
reditariae inter eos distribuantur *l. 1. princ. ff. famil. hercisc.*
eaque familiae herciscundæ actio dicitur §. 20. *Inst. d. Að.* &
ad omnem hereditatem, sive ex testamento, sive ab intesta-
to devolutam, pertinet: quin de pluribus, quæ inter eosdem
ex diversis causis communes sunt, hereditatibus, unum fa-
miliae herciscundæ judicium sumi potest *l. 25. fam. hercisc.*
de rebus item hereditariis omnibus tam soli, quam mobili-
bus, sive in ipsa hereditate inventis sive hereditatis occasi-
one, ut usucapione *l. 8. 9. 10. 11. 12. cum simil. ff. fam. hercisc.*
&c. acquisitis: imo de alienis, quæ defunctus bona fide pos-
sedit *l. 10. b. t.* aut pignori habuit *l. 29. Fam. Hercisc.* & de
hereditatis omnibus omnino commodis & incommodis ju-
dicium familiae herciscundæ competit *l. 19. & 22. ff. famil.*
herciscund. Unde in illud & præteriti temporis fructus ve-
niunt *l. pen. famil. hercisc.* Interim nec ea desunt, quæ in
hoc judicium haud veniunt: e quorum numero sunt no-
mina insigniora & studiorum expensa; illa enim non divi-
denda sed adjudicanda sunt, utpote ipso jure jam divisa *l. 6.*
C. famil. herciscunde nisi uni nomen sit prælegatum, quod in

divisionem venit, instituta familiæ herciscundæ actione.
1.4. & i. §. f. ff. Famil. Hercisc. videtur quidem ex heredi-
bus, cui nomen legatum est, quantum ad nomen illud per-
tinet, non heres sed legatarius esse, atque adeo par-
tem legati capit & a se ipso & a coherede 1.17. §. ult. de legat.
Adhac judicium istud non datur nisi inter heredes: qua de
causa haeredes sicuti non aliter in fidei commissarium trans-
ferri possunt actiones ex Trebelliano ab herede, quam si
quasi heres rogatus sit. Ad officium autem judicis familie
herciscundæ maxime pertinet, ut testatoris voluntatem in
dividenda hereditate sequatur 1.16. & ult. famili. bercisi. Id
quod sit, si ei ex coheredibus, qui etiam est legatarius, com-
modum legati adjudicet. Idem est, si quæ fideicommissio-
rum petitio inter coheredes consistat 1.7. C. fam. bercisi.
Si prælegatum debitum haud sit, licet tum judex in here-
ditate dividenda heredum uni obligationem pro solidō at-
tribuerit; nihilominus creditor singulos pro partibus here-
ditarii convenire potest: quia res, inter alios acta, aliis præ-
judicare nequit. Deinde nominum non prælegatorum as-
signatio facienda erit active, ut, a quo exigat debitum, quis-
que sciat; item passive, ut, cui solvat, sciat quisque. Divi-
sio denique æqualiter instituenda: judex quippe omnia pro
hereditarii portionibus reducere debet. De his autem in
Lectione, quam vocant, cursoria multus erit Clarissimus
Iurium Candidatus

HENRICVS CONRADVS
KOENIG

Osterodensis.

Is prima incunabula vitæ suæ d. XXX. Iulii Anni
cl. loc. XCV. coepit Osterodæ, clarissimæ in Ducatu Gruben-
ha-

hagensi urbis, ad Hercynia radices sita. Patrem habuit HE N-
RICVM KOENIGIVM Mercatorem & civem ibi-
dem honestissimum, primaria item metallorum, ex mi-
neris Cheruscis propullulantium, negotiationis præfectum
industum solertemque haud tantum sed integritate etiam,
dum viveret, præstantem, jam c̄lo IoCC VII. ad superos
digressum; Matrem vero ANGELICAM MARIAM plu-
ribus foeminae dignis virtutibus ornatam & B. SCHACH-
TRVPH Wernigerodæ de Ordine Senatorio ac Mercatoris
Filiam, quæ quod ad id tempus, quo labores nostri Candida-
ti, Filii ipsius, propositum finem attigerunt, divina Numi-
nis gratia duxerit spiritum, devota & pia agnoscit mente
magnumque inde animi capit solatum. Quamprimum
infantia annos egressus & capax literarum videretur, omni-
bus, quibus puerilis ætas impertiri debet, doctrinis erudi-
ebatur tum domi, tum in schola patria præceptoribus singulis
eruditissimis commendatus: quorum & imprimis IO. PHI-
LIPPI WERNERI Rectoris clarissimi, IO. GVILIELMI
TOLLENII, hodie ad B. Virginis in patria urbe Diaconi
merentissimi atque IO. CASPARIS KLAPPROTII, Con-
rectoris doctissimi cura & industria eo profecit, ut dicendi
artium fundamenta egregie poneret, neque ingenium tan-
tum & literarum profectus sed vitam quoque & mores pro-
baret omnibus. Inde vero maxime Reverendum AN-
DREAM HERMANNVM MVNTERVM, ad D. Ægidii
ministrum vigilantisimum, ingenii elegantia modestiaque
animi sibi ita conciliavit, ut mathematicis doctrinis animum
ejus opera privatisima imbueret: pro quo ad grates, per
omnem vitam referendas, devinctum se vadatumque pu-
blice proficitur. Dein majora & sublimiora animo agitans

in Academiam Fridericianam, quæ Halæ est, venit ubi celeberrimo Viro CHRISTIANO WOLFIO Philosophiam omnem tradenti uni attendit & speciatim in erudito illo Mathematicorum pulvere solidas & dilucidas ejusdem Viri præceptiones excipiens summa cum voluptate occupabatur. Enimvero quia Noster Linguis Orientalibus ac Theologæ fundamentis animum in patriâ schola jam instruxerat atque inter ipsos ICtos habebat magni nominis Viros, qui prius Iuris Scientiam aggressi operam Theologię quandam navassent, sui existimavit muneris, juxta Philosophiam etiam in Theologiam paulo operam diligentiorem ponere ac collcare. Proinde non solum Summe reverendi Abbatis BREITHAVPTII lectiones in Theologiam, quam vocant, positivam diligenter obiit. Sed iis finitis celebri Lipsieniis Theologo GOTHOFREDO OLEARIO de meliori commendatus amplius sacris literis Lipsiæ incumbere constituit; At enim, quæ est omnium rerum vicissitudo, Lipsiam vix ingressus OLEARIVM suum graviter decubenter & morti proximum offendit, ut adeo augurandum sibi esset, OLEARIVM conditorio suo potius illatum quam in cathedra muneris causa stantem auditum iri. Idcirco in nostram Academiam concessit & primo in rem sacram & literariam mieritis maximis conspicuorum Virorum BVDDEI & WEISSENBORNII doctrinas cum magno fructu in se derivavit; hoc publice, illo privatim sacram disciplinam exponentibus. Postea cum, Professoribus Nobilissimis & Excellentissimis RVSSIO & WVCHERERO quoque in sacris adhuc scholis ductoribus fidelissimis adhibitis, satis abunde præparasse sibi videretur; magno jurisprudentiæ studio gravit eidemque se deinceps totum dedit. In eo autem stu-

studiorum genere præter Virum Prænobilissimum & Ex-
cellentissimum IO. CHRISTIANVM SCHROETERVM
& me ipsum in publicis lectionibus, varios eosque in Legum
scientia egregios Doctores, Nobilissimum & Excellentissi-
mum BECKIVM quidem in Digestis juxta Lauterbachium &,
qui nunc inter cœlitas est, GERHARDVM in Iurium His-
toria, Pandectis ; in Iure Naturali, Feudali, Canonico ; in
Manuductione ad Praxin, exercitiis item disputationis ad
Strauchi exercitationes Iuris Iustinianei publice institutis ;
BRAVNIVM vero in Iurisprudentia Struviana ac FRIDE-
RICVM GOTTLIEBIVM STRVVIVM in Pandectis &
Codicis Iuribus ; KAMPERVM denique in Institutionibus,
multa animi contentione privatim consecutus est. In his
igitur dum triennium integrum versatus ita fuerat, ut non
exiguam scientiae legitima copiam meditando domi affi-
due sibi comparasset, tam de Proximorum, qui Norimbergæ
sunt Candidato, quam B. GERHARDI consilio ad Aldor-
fensium cœlum se aggregavit, civilis doctrinae studiis colo-
phonem impositurus. Sed eheu ! quam mox istius cœli
nubila consurgunt incumbuntque Candidato nostro, cum
ejus Patronus memoratus GERHARDVS, Helicona Aldor-
fensium illustrare ceptans, post semestre temporis spatum
& in primo velut ortu extinguitur. Inde in Fridericianam
rursus delatus celeberrimos & dexterinos Professores THO-
MASIVM, BOEHMERVM & GVNDLINGIVM sedulo
auscultavit, cum iste Historiam Iuris enarraret, ille Ius Ca-
nonicum ; hic vero Ius publicum & Politicorum dogmata
evolveret. Quapropter cum tot scholas frequentando ve-
hementer in Iurisprudentia se confirmasset atque actionum
forensium orationem perspexisset, non ita nuper, ut hono-

7570.

res in Iure summos capessereret, literise Patria missis excitatus fuit. Ad nostram ergo Academiam rediens Doctoris insignia ab Ordine ICtorum modestissime expetierit. Nos æquisimis Candidati precibus locum reliquimus, & Legum scientiam ipsius in examinibus consuetis tentantes eum vidi-
mus, qui publicisedendis esset speciminibus. Quamobrem crastino Hora X. antem, Speciminum publicorum initium fa-
cturus Cathedram ad Lectionem, quam vocant, cursoriam in L. 6. C. Fam. Hercisc. habendam concenderet. Quem actum ut Proreector Magnificus, Proreector Magnificus Designatus, Illustrissimus Comes de Solms, Patres Academæ conscripti, omnium Ordinum Doctores eximii, Sacrorum Antistites venerandi & studiosæ Iuventutis nobilissima con-
cio sua præsentia exornare velint, est quod Collegii nostri no-
mine peto, oro & contendo. P. P. XII. Cal.
Febr. M DCC XX.



Jena, Diss., 1720




3

Sb.

KD18





1720, 10a
12
13

IO. BERNH. Friese, Jct.

CONSIL. SAXON. AVLICVS ET CONSIST. ISENAC.
IN ACADEMIA IENENSI ANTECESSOR ET h.t.
ORDINIS SVI DECANVS

*NOBILISSIMI ET CLARISSIMI JVRIVM
CANDIDATI*

HENRICI CONRADI KOENIG

OSTERODENSIS

*LECTIONEM SOLENNEM
INDICIT*

*PROGRAMMATE AVSPICALI,
de actione familie herosrandae.*

*JENÆ
LITERIS WERTHERIANIS.*